1767. 1300—1310.

Brynolf Åbjörnssons morgonbref på en gård i Dala till sin hustru Margareta Knutsdotter.

A. 7.

Omnibus presens scriptum cernentibus, BRYNULPHUS ABYORNASON eternam in christo salutem, Nouerint vniuersi me dedisse dilecte vxori mee margarete knuz dottor curiam meam in dalum cum agris. pratis, pascuis, siluis, ac aliis quibuscumque, racione donacionis propter nupcias wlgariter dicte morgongiæfh, ac die nupciarum mearum eidem scotacione legittima assignasse sub condicione que sequitur, videlicet quod si ipsa viuente me sine liberis a nobis procreatis, mori contingat, ipsa vxor mea predicta dictam curiam meam ireuocabiliter possidebit, in heredes suos quoscumque post ipsam libere transferendam, si vero me superstite ipsa vxor mea sine liberis vt premissum est de medio sublata fuerit, ipsa bona ad me et heredes meos libere reuertantur, quod si de me et ipsa liberi procreati fuerint, predicti liberi et non alii de secundo matrimonio de me vel ipsa geniti, predicta bona tamquam matrimonialia et non patrimonialia, recipiant, iure hereditario perpetue possidenda, Jn cuius donacionis testimonium sigillum meum presentibus est appensum.

Sigillet nästan oskadadt.

1768. 1300—1310.

Carl Gismundssons fullmakt för Mårten Svensson, att gifva fasta på de gårdar i Elfvestad och Hakaryd, hvilka han försålt till sin slägtinge Peter Carlsson.

A. 7.

Ego Karolus gismundæson. Recognosco me viro discreto. Martino swensson plenam commississe potestatem per presentes ad dandum testes firmarios wlgaliter dictos fastæ nomine meo. viro nobili et consanguineo karissimo Petro Karlsson super prediis in eluæstadhum et hakarid sibi per me dimissis. sicuti jn litteris meis super hoc confectis manifesto liquet et apparet Jn cuius testimonium sigillum meum presentibus est affixum.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.